



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 29. Jagellonus Polomiæ Rex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. beant. Iste canon videtur esse consecutio
 A. C. 1386. tio sanctionis 23 Nov. an. 1384 editæ.
 Et vero id Concilium parebat Papæ Ur-
 Sup. §. 19. bano. Se refert sæpius ad conventum
 pariter Salisburgi an. 1291 factum. Ve-
 6. 10. 11. hementer queritur de tributis Clero im-
 peratis, ac de iniquis usurpationibus bo-
 14. norum Ecclesiæ. Interdicit etiam laicis,
 ne Clericos in jus vocent ad tribunal pro-
 16. fanum: ac prohibet ne Notarii publici,
 quos Episcopus, vel constitutus ab eo Judex
 in rebus sacris non agnoverit, munia sua
 exerçant.

§. XXIX.

Jagellonus Poloniæ Rex.

Hedwigis Ludovici Magni Hungariæ,
 ac Poloniæ Regis Gallorum Regibus
 orti filia tertia suo patri successerat in regno
 Polonico, cui adjunxit Lithuaniam ducatum
 per suum maritum Jagellonum supre-
 mum ejus Dominum. Constituto consen-
 Dlugos. l. 10. p. 103. Cro-
 mer. l. 15. p. 242. tibus Polonis connubio Cracoviam 12
 Febr. delatus Princeps, dum die S. Valen-
 tini 14 ejusdem mensis sacro fonte asper-
 gebatur, Ladislai nomen assumpsit. Eo
 usque tota Lithuanorum natio inanes co-
 luerat Deos; & Jagellonus ipse, ut erro-
 res, ritusque sacrilegos abjiceret, indu-
 cere animum non potuerat, etsi per Prin-
 cipes vicinos suos sæpe stimulatus. At
 hujus

hujus conjugii honore, atque commodis sæcul. XIV.
 permotus, religionem Christianam didicit; A. C. 1386.
 ac per Bodzantam Archiepiscopum Gnes-
 nanum, & Joannem Cracoviensem Episco-
 pum in hujus templo cathedrali bap-
 tismum accepit cum tribus suorum fratrum,
 & quibusdam e numero Procerum, ac
 Nobilium. Reliqui fratres ejus jam sa-
 cro Græcorum ritu abluti Latinas, quæ
 defuerant, ceremonias suppleri nole-
 bant.

Eodem die Jagellonus in eodem tem-
 plo per Archiepiscopum cum Regina Hed-
 wige indissolubili fœdere consociatus Po-
 loniæ Lithuaniam, Samogitiam, & Ruf-
 siam, quibus jure plenissimo imperabat,
 in perpetuum conjunxit. Post quatri-
 duum die Dominica, quæ Septuagesimæ
 nomen habet, 18 Febr. 1386 Rex novus
 sollemnissime inunctus est, atque coronatus
 præsentem Regina sua conjugem. Corona
 erat recens: quia veterem Rex Ludovi-
 cus Reginæ pater in Hungariam asporta-
 verat, metuens, nequis alius, quam sui
 liberi, Poloniam obtineret. Archiepisco-
 pus fuit, qui Jagellono coronam imposuit
 assistentibus Cracoviæ, ac Posnaniæ Epi-
 scopis. Ultimus nomine Dobregeustus ut
 Doctor, ac Ecclesiæ Cracoviensis Præpo-
 situs Regi Ludovico a facello fuerat. De-
 cimo Cal. Nov. 1373 Avenione aderat,
 cum Papa Gregorius XI ei epistolam tra-
 didit

Sæcul. XIV. didit perferendam ad tres fratres (proba-
 A. C. 1386. biliter etiam Jagelloni) Lithuaniae Du-
 ces.

§. XXX.

Carolus de Pace perimitur.

Ludovicus Magnus Hungariæ Rex Idi-
 bus Septembris an. 1382 naturæ ces-
 ferat filias relinquens duas, Mariam, &
 Hedwigem susceptas e secunda conjugē
 sua Elisabetha Regis Boffinæ filia. Ma-
 ria ut natu major successit in Hungaria:
 sed quod ne nuptiis quidem, nedum regi-
 mini matura esset, Elisabetha ejus mater
 regni gubernacula tractavit, sed tam ma-
 le, ut multorum Optimatum odium subi-
 ret. Qui per nuncios Neapolim missos
 Carolo de Pace pariter stirpe Andegaven-
 si-Sicula orto sceptrum offerebant. An-
 nuit: venit in Hungariam; & solenni ri-
 tu coronatus est. Verum aliquanto post
 Elisabetha negotiorum specie deceptum,
 ac sibi assidentem per insidias necari vo-
 luit. Sicarium agebat Vir nobilis Blasius
 Forgachius, qui valido acinacis ictu ca-
 put ejus ad oculos usque discidit die S.
 Dorotheæ 6 Febr. 1386.

Rex Neapolis erat statura brevi (un-
 de Carolus Parvus plerumque dicitur)
 capillis flavis, facie decora, voce amœna,
 incessu moderato; probe versatus in poë-
 mati-

Jo. Thur.
p. 110. 111.
Ec.
Bonfin. pag.
360. Ec.

Th. Niem.
s. 29.